

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 61–61v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 77

[77] De bonis, que alicui data ad servandum. Capitulum LXXVII

Quicumque alteri dederit sua bona ad servandum, aut in deposito habuerit, seu posuerit, sibi si subtracta fuerunt, aut spoliatus in eis fuerit, aut combusta, vel si mortuum fuerit, [k. 61v] si equus vel peccora fuerint, non debet aliquod damnum pro eo sustinere, si presumit iurare, quod absque sua culpa amissum fuerit. Sed quitquid viro concessum aut obligatum fuerit, hoc in des[tru]ctum reddere tenetur, aut secundum suum valorem solvere. Si autem moritur equus vel peccus infra obligationem absque illius culpa, cui obligatum fuerit, si hoc probaverit, sacramento et si iuramentum pro eo protestare presum[ps]erit, quod sine sua culpa decesserit, non solvit, sed suam recompensam amittit, in quam sibi fuerat obligatum.

[hasła: dobra, depozyt, kradzież, pożar, koń, bydło, szkoda, przysięga, wina, zobowiązanie, przysięga, zapłata, wynagrodzenie]

Hic deest capitulum

Hic stat Conradus, quod habetur cum ea in nullo sub tituli LXXIII et registro minori sub tituli LIII.